Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31650
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

subicio & redigo in seruitutem corpus meum.
ne alius p̃dicans, ipse reprobus efficiar. Si ille
tunet. quis nr̃m poterit esse securus. Si dd
amicus dñi. & salemon amabilis et. uicti se
quasi homines. ut & ruine nostre ad cautionem.
& penitudinis ad salutem exempla p̃beremur.
quis in lubrica uia lapsum non timeat.
Vel sint a conuiuijs tuis fasides aues. cras-
se turtures. atragen joniceus. & aues omis.
quibus amplissima patrimonia auolant. Hec
idcirco carnibus te uesci non putes. si suum. lepo-
rum. atq; ceruos & quadrupedum animan-
tium esculentias reprobes. Non enim hec nu-
mero pedum. sed suauitate gustus iudicant.
Scimus ab apostolo dictum. omis creatura dei
bona. & nichil reiciendum qd cum gratarum
actione percipitur. Si idem loquitur. bonum est
uinum non bibere. & carnem non manducare.
Et in alio loco. Vinum in quo est luxuria.
Omis creatura dei bona est. Audiant
hec mulieres. que sollicite sunt qm̃ place-
ant sororis. Comedant carnes que carnibus
seruiunt. quas feruor despumat in coi-
tum. que ligate martis. gnatiom ac libis
opam dant. Quarum uteri portant
fetus. earum & intestina carnibus impleantur.
Tu u que in tumulo martis sepeliti omis
partis uoluptates. que lita purpurisso
& cerussa faciem sup feretrum eius diuisti la-
crimis. que pullam tunicam. nigrosq; calce-
olos. candide uestis & auratis socci deposiri-
one sumpsisti. nichil habes aliud nisi esse
in pseuerare in iniuuio. Pallor & sordes
genis tuis sunt. plumarum mollicies iu
uenilia membra non fouerat. balnea
calor: nouum adolescentie sanguinem
non incendat. Audiens quod ex persona u-
due continentis, ethnicus poeta decantet.
Iste meos primus. qui me sibi iunxit amores.
Abstulit; ille habeat secum seruetq; sepulc.
Si tanti uilissimum uitrum. quam pciosissi
mum margaritum. Si communis lege
damnat nates omis gentilis uidua uo-
luptates. quid exspectandum est a uidua
xpiana. que pudicicia suam non solum
ei debet qui defunctus est. sed & ei cum
quo regnatura est. Queso te ne gene-
ralia monita & conuenient puellari ser-
mo psone suspicionem tibi iniuriam moue-
ant. & arbitreris me obiurgantis animo
scribere. non timentis. ipse cui notum est
te nescire qd metuo. Tenera res in femi-
nis fama pudicicie est. & quasi flos pul-
cherrimus. cito ad leuem marcescit auram.
leuiq; flatu corrumpitur. maxime ubi
etas consentit ad iucundum. & maritalis de-
est auctoritas. cui umbra tutamen uiro-
ris est. Quid facit uidua inter familie
multitudinem. inter ministros greges.
Quos nolo contemnat ut famulos.
sed ut uiros erubescat. Certe si ambicio-
se domi hec officia flagitant. pficiat
his senem honestis moribus. cui honor
dñi dignitas sit. Scio multas clausis
ad publicum foribus. non caruisse infamia
seruulorum. quos suspectos faciebat aut
cultus impudicus. aut crassi corpis nitor.
aut etas apta libidini. aut ex conscien-
tia amoris occulti securus animi tumor.
qui si bene dissimulat frequenter erum-
pit in publicum. & conseruos quasi seruos
despicit. Hoc ex habundantia dicti est.